



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Via Christi triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

**Psa. 124.** & pœnæ æternæ se subdit. Psal. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Secundum est, quia meritum laboris perdere facit. Isa. Quarre ieunauimus & non aspexisti? &c. quæ sequuntur. Bernardus. Grande malum propria uoluntas facit, quafit, ut bona tua, tibi bona non sint. Tertium est, quia deus eam odit & punit. Bernardus. Quid odit Deus, Bernard. aut quod punit propter uoluntatem propriam? Cestet propria uoluntas, infernus non erit. Qui ergo non subdit se Deo, subiicietur diabolo. unde Gregorius. Qui non subdit deo propriam uoluntatem, aduersario suo subiicietur, &c.

Via Christii triplex.

**Phi. 2.** **P**rima fuit de cælo in uentrem uirginis. Et hæc fuit humilitatis. Philip. Qui cum in forma dei eset, non rapinam arbitratus est, &c. **Augus.** Et P. Augustinus. Ambula per Christi humilitatem, ut uenias ad æternitatem. Bernardus. Si hominis, o homo, imitari dedigneris exemplum, certè non erit tibi indignum sequi aetorem tuum; sed si non potes sublimem incedere semitam uirginitatis,

## INSTITVTO. 219

sequere uel eum per curtissimā viam  
humilitatis . Idem per humilitatem **Bernar.**  
ascende ad sublimitatem , quia hæc  
est uia , & non est alia præter ipsam.  
qui aliter uadit , cadit potius , quām  
ascendit . Secunda uia , de utero  
uirginis in mundum , & hæc fuit  
paupertatis . Luc. Inuenietis eum **Luc. 2.**  
pannis inuolutum & positum in præ-  
sepio , &c. Cor. Cum diues esset pro  
pter nos egenus factus est , &c. Ter-  
tia, de mundo in crucem ; & hæc fuit  
charitatis . Io. Maiorem charitatem  
nemo habet , ut quis pro amicis ani-  
mam suam ponat , &c. Augustinus. **2.Cor.8.**  
**Augus.** O immensa pietas , o inæstimabilis  
charitas , ut liberares seruum , filium  
tradidisti . Gregorius . De his fru-  
stra meliores uias querimus , quas **Grego.**  
præcessit , si per eas non eamus .

*Via hominis quadruplex.*

**P**rima est naturæ , per quam ambu-  
lat homo ad mortem . Job. Et se-  
mitam per quam ambulem non re-  
uertar &c. Et P. Augustinus Nil aliud  
est tempus præsentis uitæ , quām cur-  
sus ad mortem . Secunda uia est cul-  
pæ , per quam homo ambulat de malo  
in malum . Timothe. Mali autem **2.Tim.3**

T 3